

# LITURGIA HORARUM

Tomo IV

eBook  
*textus latinus originalis*



In copertina - cover:

*Basilica Sancti Sepulchri, Culmen - Jerusalem* (© Stefania Venturino)

*“Libreria Editrice Vaticana omnia vindicat iura.  
Sine ejusdem licentia scripto data nemini leceat  
hunc Compendium denuo imprimere  
aut in aliam linguam vertere”.*

© Copyright 2010 per i testi - *text*

Libreria Editrice Vaticana - *Vatican Publishing House*  
00120 Città del Vaticano

© Copyright 2014 per l'edizione digitale - *digital edition*

EvolutionBook S.r.l.  
00174 Roma (Italy)  
Breviario Digitale®  
17019 Varazze (Italy)

impaginazione - *digital layout and ebook output:*  
[www.mariovalerio.com](http://www.mariovalerio.com)

© Breviario Digitale® 2014 - *Digital Breviary*  
17019 Varazze (Italy)

ISBN 9788890909917

[www.breviariodigitale.it](http://www.breviariodigitale.it) - [www.digitalbreviary.com](http://www.digitalbreviary.com)

SUMMARIUM

DE TEMPORE

SOLLEMNITATES

ORDINARIUM

PSALTERIUM

COMPLETORIUM

REDITUM

COMPLEMENTARIS

SANCTIS

COMMUNIA

DEFUNCTORUM

APPENDIX

INDICES

Liturgia Horarum  
tomo IV

© Breviario Digitale  
2014

# LITURGIA HORARUM

SUMMARIUM

DE TEMPORE

SOLLEMNITATES

ORDINARIUM

PSALTERIUM

COMPLETORIUM

REDITUM

COMPLEMENTARIS

SANCTIS

COMMUNIA

DEFUNCTORUM

APPENDIX

INDICES

Liturgia Horarum  
tomo IV

© Breviario Digitale  
2014

SUMMARIUM

DE TEMPORE

SOLLEMNITATES

ORDINARIUM

PSALTERIUM

COMPLETORIUM

REDITUM

COMPLEMENTARIS

SANCTIS

COMMUNIA

DEFUNCTORUM

APPENDIX

INDICES

Liturgia Horarum  
tomo IV

© Copyright 2010 - Libreria Editrice Vaticana  
00120 Città del Vaticano  
Tel. 06.698.85003 - Fax 06.698.84716

~~ISBN 978-88-209-8439-7~~

© Breviario Digitale  
2014

OFFICIUM DIVINUM  
EX DECRETO SACROSANCTI CECUMENICI  
CONCILII VATICANI II INSTAURATUM  
AUCTORITATE PAULI PP. VI PROMULGATUM

Tomo IV

*pag. 5*

SUMMARIUM

DE TEMPORE

SOLLEMNITATES

ORDINARIUM

PSALTERIUM

COMPLETORIUM

REDITUM

COMPLEMENTARIS

SANCTIS

COMMUNIA

DEFUNCTORUM

APPENDIX

INDICES

Liturgia Horarum  
tomo IV

© Breviario Digitale  
2014

# LITURGIA HORARUM

IUXTA RITUM ROMANUM

EDITIO TYPICA ALTERA

IV

TEMPUS PER ANNUM  
HEBDOMADÆ XVIII-XXXIV



LIBRERIA EDITRICE VATICANA  
MMX

Decretum S. Congregationis pro Cultu Divino, 11 aprilis 1971 .....	7
Decretum Congregationis pro Cultu Divino, 7 aprilis 1985 .....	8
Calendarium Romanum generale .....	17
Proprium de Tempore .....	29
Ordinarium .....	513
Psalterium per IV Hebdomadas distributum ... Completorium .....	537
Psalmodia complementaris .....	1055
Proprium de Sanctis .....	1073
Communia .....	1081
Officium defunctorum .....	1409
Appendix .....	1669
	1703



## SACRA CONGREGATIO PRO CULTU DIVINO

Prot. n. 1000/71

### DECRETUM

Horarum Liturgia, quam ex antiqua consuetudine diei decursu celebrare consuevit, Ecclesia præceptum Domini adimplet de oratione numquam intermittenda, simulque laudes Deo Patri persolvit et pro mundi salute interpellat.

Quapropter Concilium Vaticanum II, traditam Ecclesiæ disciplinam plurimi faciens, eandemque renovare cupiens, sollicite curavit, ut huius precationis apta fieret instauratio, quo melius ac perfectius sive a sacerdotibus sive ab aliis Ecclesiæ membris in hodiernis rerum adiunctis peragi posset (cf. Const. de sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 84).

Opere nunc instauracionis ad exitum perduto, et a Paulo PP. VI approbato per Constitutionem Apostolicam *Laudis canticum*, die 1 novembris 1970 signatam, Sacra hæc Congregatio pro Cultu Divino librum, lingua Latina exaratum ad celebrandam Liturgiam Horarum iuxta ritum Romanum, evulgandum curavit, eiusque editionem, quæ nunc exhibetur, typicam esse declarat.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Ex Ædibus Sacræ Congregationis pro Cultu Divino, die 11 aprilis anni 1971, dominica Paschæ in Resurrectione Domini.

ARTURUS Card. TABERA  
Præfектus

A. BUGNINI  
a Secretis

SUMMARIUM

DE TEMPORE

SOLLEMNITATES

ORDINARIUM

PSALTERIUM

COMPLETORIUM

REDITUM

COMPLEMENTARIS

SANCTIS

COMMUNIA


DEFUNCTORUM

APPENDIX

INDICES

Liturgia Horarum  
tomo IV

© Breviario Digitale  
2014



SUMMARIUM

DE TEMPORE

SOLLEMNITATES

ORDINARIUM

PSALTERIUM

COMPLETORIUM

REDITUM

COMPLEMENTARIS

SANCTIS

COMMUNIA

DEFUNCTORUM

APPENDIX

INDICES

Liturgia Horarum  
tomo IV© Breviario Digitale  
2014

## CONGREGATIO PRO CULTU DIVINO

Prot. n. 1814/84

## DECRETUM

Liturgia Horarum, ex decreto Sacrosancti Œcumenici Concilii Vaticani II anno 1971 instaurata, utpote Ecclesiæ oratio, qua laudibus, gratiarum actionibus ac deprecationibus universus horarum diei cursus nec non cuncta humana operositas sanctificantur (cf. *Institutio generalis de Liturgia Horarum*, nn. 2 et 11), postulat ut spirituales divitiæ, quæ ipsi sunt propriæ, profundius penetrantur per interiorem intellectionem textuum, qui in communi oratione Ecclesiæ Ritus Romani tradito more usurpantur.

Ad hunc finem facilius assequendum, editio typica altera Liturgiæ Horarum, quæ post quattuordecim annos in lucem prodit, tamquam notam sibi propriam exhibet textum Novæ Vulgatae Bibliorum Sacrorum editionis, qui pro textu versionis Vulgatae antehac usitato, ad normam Constitutionis Apostolicæ Summi Pontificis Ioannis Pauli II *Scripturarum Thesaurus*, die 25 aprilis 1979 datae, necessario nunc substituitur.

Singula autem quæ peculiaria sunt præsentis editionis ita pressius in sequentibus describuntur.

1) Versio Nova Vulgata adhibita est pro lectionibus biblicis Officii lectionis et Vigiliarum, item pro lectiōnibus brevibus Laudum, Vesperarum, Horæ Tertiæ, Sextæ, Nonæ et Completorii pariterque pro omnibus canticis Veteris et Novi Testamenti.

2) Quidam biblici textus, qui in priore editione indicati desunt in Novæ Vulgatæ versione, vel in ista aliam induunt significationem, ita ut minus apti evadant ad finem ob quem sunt selecti, non amplius inveniuntur atque eorum loco aptiores textus proponuntur.

3) Psalmorum textus, in editione Novæ Vulgatæ ulterius revisus, talis in hac Liturgiæ Horarum editione assumitur.

4) Responsoria Officii lectionis iuxta textum Novæ Vulgatæ sunt revisa, nisi forte peculiaris ratio compositionis vel traditionis vel musicæ melodiæ vel liturgicæ notæ immutationem textus excluderet.

5) Novæ antiphonæ *ad Benedictus* et *ad Magnificat* Evangelio, ex quo depromuntur, conformes in dominicis et sollemnitatibus plerumque sunt inductæ.

6) Hymnorum redactio refertur, sedula cura perpolita.

7) In lectionibus biblicis longioribus, in psalmis et canticis tum Veteris quam Novi Testamenti singuli versiculi propriis ornantur numeris, prout in Bibliorum libris communiter prostant.

8) In præsenti editione psalmi duplii prænotantur numero. Primo loco numerus signatus est, quem versio græca, a Septuaginta nuncupata, antiqua Vulgata versio et usus a Patribus et Liturgia traditus semper prætulerunt. Numerus vero textui hebraico peculiaris, et sæpe nostris diebus in editionibus et dissertationibus adhibitus, secundo loco additur, inter uncos.

9) In appendicem alii additi sunt textus, nempe formulæ benedictionis sollemnis et actus pænitentialis ex Missali Romano deprompti.

Quæ notæ supra indicatæ necnon ceteræ minoris momenti immutationes inductæ finem habent ulterius favendi illi suavi ac fructuosæ intelligentiæ ne-

cessitudinum, quæ intercedunt inter celebrationem Liturgiæ Horarum et eucharisticam celebrationem necnon vero inter istas et annum liturgicum, qui « peculiari sacramentali vi et efficacia pollet eo quod ipse Christus est qui in suis mysteriis, vel in Sanctorum, præcipue vero Matris suæ, memoriis, immensæ misericordiæ iter pergit, ita ut christifideles Redemptionis mysteria non modo commemorent ac meditentur sed ea attingant, cum eis communicent ac per eadem vivant » (*Cæremoniale Episcoporum*, n. 231).

Hanc editionem alteram Liturgiæ Horarum Summus Pontifex Ioannes Paulus II Auctoritate Sua Apostolica approbavit et Congregatio pro Cultu Divino nunc promulgat atque typicam esse declarat. Quapropter ipsa editio, lingua latina exarata, statim ac prodierit vigere incipiet; editiones autem linguis vernaculis, ad normam editionis typicæ alterius apparatus, a die quem singulæ Conferentiæ Episcoporum statuerint.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Ex ædibus Congregationis pro Cultu Divino, die 7 aprilis 1985, dominica Paschæ, in Resurrectione Domini.

✠ AUGUSTINUS MAYER  
Archiep. tit. Satriensis  
Pro-Præfector

✠ VERGILIUS NOÈ  
Archiep. tit. Voncariensis  
a Secretis

## Ad Invitatorium

**Ant.** Iesum Christum, regem regum, veníte, adorémus.

**Psalmus invitatorius, ut in Ordinario, 515.**

Sollemnitates  
D. N. Iesu Christi  
universorum regis  
Ad Invitatorium  
pag. 474

## Ad Officium lectionis

### HYMNUS

Iesu, rex admirábilis,  
et triumphátor nóbilis,  
dulcédo ineffábilis,  
totus desiderábilis:

Rex virtútum, rex glóriæ,  
rex insígnis victóriæ,  
Iesu, largítor grátiæ,  
honor cælestis cúriæ:

Te cæli chorus prædicat  
et tuas laudes réplicat.  
Jesus orbem lætíficat  
et nos Deo pacíficat.

Iesus in pace ímperat,  
quæ omnem sensum súperat,  
hanc semper mens desíderat  
et illo frui próperat.

Iam prosequámur láudibus  
Iesum, hymnis et præcibus,  
ut nos donet cælestibus  
cum ipso frui sédibus.

Iesu, flos matris vírginis,  
amor nostræ dulcédinis,  
laus tibi sine téminis,  
regnum beatitúdinis. Amen.

SUMMARIUM

DE TEMPORE

SOLLEMNITATES

ORDINARIUM

PSALTERIUM

COMPLETORIUM

REDITUM

COMPLEMENTARIS

SANCTIS

COMMUNIA

DEFUNCTORUM

APPENDIX

INDICES

### PSALMODIA

**Ant. 1** Ego constitútus sum rex ab eo super Sion,  
montem sanctum eius, prædicans præcéptum eius.

Liturgia Horarum  
tomo IV  
© Breviario Digitale  
2014

## Psalmus 2

- <sup>1</sup> Quare fremuérunt gentes, \*  
et pópuli meditáti sunt inánia?
- <sup>2</sup> Astitérunt reges terræ, †  
et príncipes convenérunt in unum \*  
advérsus Dóminum et advérsus christum eius:
- <sup>3</sup> «Dirumpámus víncula eórum \*  
et proiciámus a nobis iugum ipsórum! ».
- <sup>4</sup> Qui hábitat in cælis, irridébit eos, \*  
Dóminus subsannábit eos.
- <sup>5</sup> Tunc loquétur ad eos in ira sua \*  
et in furóre suo conturbábit eos:
- <sup>6</sup> «Ego autem constítui regem meum \*  
super Sion, montem sanctum meum! ».
- <sup>7</sup> Prædicábo decretum eius. †  
Dóminus dixit ad me: « Fílius meus es tu; \*  
ego hódie génuí te.
- <sup>8</sup> Póstula a me,  
et dabo tibi gentes hereditátem tuam \*  
et possessiónem tuam térmilos terræ.
- <sup>9</sup> Reges eos in virga férrea \*  
et tamquam vas fíguli confrínges eos ».
- <sup>10</sup> Et nunc, reges, intellégite; \*  
erudímini, qui iudicátis terram.
- <sup>11</sup> Servíte Dómino in timóre \*  
et exsultáte ei cum tremóre.
- <sup>12</sup> Apprehéndite disciplínam, †  
ne quando irascátur, et pereátis de via, \*  
cum exárserit in brevi ira eius.
- Beáti omnes, \*  
qui confídunt in eo.

**Ant.** Ego constitútus sum rex ab eo super Sion,  
montem sanctum eius, prædicans præcéptum eius.

**Ant. 2** Adorábunt eum omnes reges, omnes gentes  
sérvient ei.

Sollemnitates  
D. N. Iesu Christi  
universorum regis  
Ad Off Lectionis  
pag. 475

SUMMARIUM

DE TEMPORE

SOLLEMNITATES

ORDINARIUM

PSALTERIUM

COMPLETORIUM

REDITUM

COMPLEMENTARIS

SANCTIS

COMMUNIA

DEFUNCTORUM

APPENDIX

INDICES

Liturgia Horarum  
tomo IV

© Breviario Digitale  
2014

# Psalmus 71 (72)

Sollemnitates  
D. N. Iesu Christi  
universorum regis  
Ad Off Lectionis  
pag. 476

## SUMMARIUM

## DE TEMPORE

## SOLLEMNITATES

## ORDINARIUM

## PSALTERIUM

## COMPLETORIUM

## REDITUM

## COMPLEMENTARIS

## SANCTIS

## COMMUNIA

## DEFUNCTORUM

## APPENDIX

## INDICES

Liturgia Horarum  
tomo IV

© Breviario Digitale  
2014

## I

<sup>1</sup> Deus, iudícum tuum regi da \*  
et iustítiā tuam filio regis;

<sup>2</sup> iúdicet pópulum tuum in iustítia \*  
et páuperes tuos in iudício.

<sup>3</sup> Afferant montes pacem pópulo, \*  
et colles iustítiā.

<sup>4</sup> Iudicábit páuperes pópuli †  
et salvos fáciēt fílios ínopis  
et humiliábit calumniatórem.

<sup>5</sup> Et permanébit cum sole et ante lunam \*  
in generatióne et generatiónen.

<sup>6</sup> Descéndet sicut plúvia in gramen, \*  
et sicut imber írrigans terram.

<sup>7</sup> Florébit in diébus eius iustítia,  
et abundántia pacis, \*  
donec auferátur luna.

<sup>8</sup> Et dominábitur a mari usque ad mare \*  
et a Flúmine usque ad términos orbis terrárum.

<sup>9</sup> Coram illo prócident ícolæ desérti, \*  
et inimíci eius terram lingent.

<sup>10</sup> Reges Tharsis et ínsulæ múnera ófferent, \*  
reges Arabum et Saba dona addúcent.

<sup>11</sup> Et adorábunt eum omnes reges, \*  
omnes gentes sérvient ei.

**Ant.** Adorábunt eum omnes reges, omnes gentes  
sérvient ei.

**Ant. 3** Benedicéntur in ipso omnes tribus terræ,  
omnes gentes magnificábunt eum.

## II

<sup>12</sup> Quia liberábit ínopem clamántem \*  
et páuperem, cui non erat adiútor.

<sup>13</sup> Parcat páperi et ínopi \*  
et ánimas páuperum salvas fáciēt.

<sup>14</sup> Ex oppressióne et violéntia rédimet áimas eórum, \*  
et pretiósus erit sanguis eórum coram illo.

<sup>15</sup> Et vivet, et dábitur ei de auro Arábiæ, †  
et orábunt pro ipso semper; \*  
tota die benedícent ei.

<sup>16</sup> Et erit ubértas fruménti in terra, \*  
in summis móntium fluctuábit,  
sicut Líbanus fructus eius; \*  
et florébunt de civitáte sicut fenum terræ.

<sup>17</sup> Sit nomen eius benedíctum in sácula, \*  
ante solem permanébit nomen eius.  
Et benedicéntur in ipso omnes tribus terræ, \*  
omnes gentes magnificábunt eum.

<sup>18</sup> Benedíctus Dóminus Deus, Deus Israel, \*  
qui facit mirabília solus.

<sup>19</sup> Et benedíctum nomen maiestatis eius in æténum; \*  
et replébitur maiestáte eius omnis terra. Fiat, fiat.

**Ant.** Benedicéntur in ipso omnes tribus terræ,  
omnes gentes magnificábunt eum.

**X.** Ecce dedi te in lucem géntium.

**R.** Ut sis salus mea usque ad extrémum terræ.

## LECTIO PRIOR

De libro Apocalýpsis  
beáti Ioánnis apóstoli

1, 4-6. 10. 12-18; 2, 26. 28;  
3, 5b. 12. 20-21

*Visio Filii hominis in sua maiestate*

<sup>1,4</sup> Grátia vobis et pax ab eo, qui est et qui erat et  
qui ventúrus est, et a septem spirítibus, qui in con-  
spéctu throni eius sunt, <sup>5</sup> et ab Iesu Christo, qui est  
testis fidélis, primogénitus mortuórum et princeps  
regum terræ.

Ei, qui díligit nos et solvit nos a peccátis nostris in  
sánguine suo <sup>6</sup> et fecit nos regnum, sacerdótes Deo et  
Patri suo, ipsi glória et impérium in sácula sæculó-  
rum. Amen.

Sollemnitates  
D. N. Iesu Christi  
universorum regis  
Ad Off Lectionis  
pag. 477

SUMMARIUM

DE TEMPORE

SOLLEMNITATES

ORDINARIUM

PSALTERIUM

COMPLETORIUM

REDITUM

COMPLEMENTARIS

SANCTIS

COMMUNIA

DEFUNCTORUM

APPENDIX

INDICES

Liturgia Horarum  
tomo IV

© Breviario Digitale  
2014

SUMMARIUM

DE TEMPORE

SOLLEMNITATES

ORDINARIUM

PSALTERIUM

COMPLETORIUM

REDITUM

COMPLEMENTARIS

SANCTIS

COMMUNIA

DEFUNCTORUM

APPENDIX

INDICES

Liturgia Horarum  
tomo IV

© Breviario Digitale  
2014

<sup>10</sup> Fui in spíritu in domínica die et audivi post me vocem magnam tamquam tubæ.

<sup>12</sup> Et convérsus sum, ut vidérem vocem, quæ loquebátur mecum; et convérsus vidi septem candelábra áurea <sup>13</sup> et in médio candelabrórum quasi *Fílium hóminis, vestítum podére et præcínctum ad mamíllas zonam áuream; “caput autem eius et capílli erant cándidi tamquam lana alba, tamquam nix, et óculi eius velut flamma ignis,* <sup>15</sup> *et pedes eius símiles orichálco sicut in camíno ardénti, et vox illíus tamquam vox aquárum multárum,* <sup>16</sup> et habébat in déxtera manu sua stellas septem, et de ore eius gládius anceps acútus exíbat, et fácies eius sicut sol lucet in virtúte sua.

<sup>17</sup> Et cum vidísssem eum, cécidi ad pedes eius tamquam mórtuus; et pósuit déxteram suam super me dicens: « Noli timére! Ego sum primus et novís-simus, <sup>18</sup> et vivens et fui mórtuus et ecce sum vivens in sácula sæculórum et hábeo claves mortis et inférni.

<sup>2,26</sup> Qui vícerit et qui custodíerit usque in finem ópera mea,  
*dabo illi potestátem super gentes,*  
<sup>28</sup> sicut et ego accépi a Patre meo, et dabo illi stel-lam matutínam.

<sup>3,5b</sup> Et non delébo nomen eius de libro vitæ et confitébor nomen eius coram Patre meo et coram ángelis eius.

<sup>12</sup> Fáciam illum colúmnam in templo Dei mei, et foras non egrediétur ámplius; et scribam super eum nomen Dei mei et nomen civitátis Dei mei, novæ Ierúsalem, quæ descéndit de cælo a Deo meo, et nomen meum novum.

<sup>20</sup> Ecce sto ad óstium et pulso. Si quis audíerit vocem meam et aperúerit iánuam, introíbo ad illum et cenábo cum illo, et ipse mecum. <sup>21</sup> Qui vícerit, dabo ei sedére mecum in throno meo, sicut et ego vici et sedi cum Patre meo in throno eius ».

## RESPONSORIUM

Mc 13, 26-27; Ps 97 (98), 9b

R. Vidébunt Fílium hóminis veniéntem in núbibus cum virtúte multa et glória; et tunc mittet ángelos suos,  
\* Et congregábit eléctos suos a quáttuor ventis, a summo terræ usque ad summum cæli.

X. Iudicábit orbem terrárum in iustítia et pópulos in æquitáte. \* Et congregábit.

## LECTIO ALTERA

Ex Libéllo Orígenis presbýteri De oratióne

(Cap. 25: PG 11, 495-499)

*Adveniat regnum tuum*

Si *regnum Dei*, iuxta verbum Dómini et Servatóris nostri, *cum observatióne non venit, neque dicent:* *Ecce hic aut ecce illic; sed regnum Dei intra nos est, nam prope est verbum valde in ore nostro et in corde nostro:* procul dúbio is qui *regnum Dei* adveníre precátur, de eo quod in se habet regno Dei recte orat, ut oriátur et fructus ferat et perficiátur. Nam in quólibet sanctórum Deus regnat et quílibet sanctus spiritálibus obséquitur légibus Dei, qui in ipso hábitat ut in recte administráta civitáte. Præsens ei Pater adest et conrégnat Patri Christus in illa ánima perfécta iuxta illud: *Ad eum veniémus, et mansiónem apud eum faciémus.*

Tunc ergo id quod in nobis est *regnum Dei* perpé-tuo procedéntibus nobis ad summum pervéniет, cum illud implétum fúerit quod Apóstolus ait, Christum subiéctis sibi ómnibus inimícis traditúrum *regnum Deo et Patri, ut sit Deus ómnia in ómnibus.* Propter hoc indesinénter orántes ea ánimi affectiόne, quæ Verbo divína fiat, dicámus Patri nostro, qui in cælis est: *Sanctificétur nomen tuum, adveniat regnum tuum.*

Id quoque de regno Dei percipiéndum est: sicut non est *participatio iustitiæ cum iniquitáte*, neque

Sollemnitates  
D. N. Iesu Christi  
universorum regis  
Ad Off Lectionis  
pag. 479

SUMMARIUM

DE TEMPORE

SOLLEMNITATES

ORDINARIUM

PSALTERIUM

COMPLETORIUM

REDITUM

COMPLEMENTARIS

SANCTIS

COMMUNIA

DEFUNCTORUM

APPENDIX

INDICES

Liturgia Horarum  
tomo IV

© Breviario Digitale  
2014

*societas lucis ad ténebras, neque convéntio Christi ad Bélial: sic regnum Dei cum regno peccáti stare non posse.*

Ergo si Deum in nobis regnáre vólumus, nullo modo *regnet peccátum in nostro mortáli córpore*, sed mortificémus *membra nostra, quæ sunt super terram* et fructificémus Spíritu; ut in nobis, quasi in spiritáli paradíso, Deus obámbulet regnétque solus in nobis cum Christo suo, qui sédeat in nobis a dextris virtútis illíus spiritális, quam optámus accípere: sedeátque donec inimíci eius omnes, qui in nobis sunt, fiant *scabéllum pedum eius* et evacuétur in nobis omnis principátus et potéstas et virtus.

Possunt enim hæc in unoquóque nostrum fíeri et *novíssima inímica déstrui mors*; ut et in nobis Christus dicat: *Ubi est, mors, stímulus tuus? Ubi est, inférne, victória tua?* Iam nunc ígitur *corruptíble* nostrum induátur sanctitátem et *incorruptiónem*; et *mortále*, evacuáta morte, patérnam induátur *immortalitátem*, ut in nobis, regnánte Deo, in regeneratiónis iam resurrecionísque bonis versémur.

## RESPONSORIUM

Apc 11, 15b; Ps 21 (22), 28b-29a

**R.** Factum est regnum huius mundi Dómini nostri et Christi eius; \* Et regnábit in sácula sæculórum.

**V.** Adorábunt in conspéctu eius univérsæ familiæ géntium, quóniam Dómini est regnum. \* Et regnábit.

## HYMNUS Te Deum, 518.

Oratio, ut ad Laudes matutinas.

## Ad Laudes matutinas

## HYMNUS

Ætérrna imágó Altíssimi,  
Lumen, Deus, de Lúmine,  
tibi, Redémptor, glória,  
honor, potéstas régia.

Sollemnitates  
D. N. Iesu Christi  
universorum regis  
Ad Laudes matutinas  
pag. 480

SUMMARIUM

DE TEMPORE

SOLLEMNITATES

ORDINARIUM

PSALTERIUM

COMPLETORIUM

REDITUM

COMPLEMENTARIS

SANCTIS

COMMUNIA

DEFUNCTORUM

APPENDIX

INDICES

Liturgia Horarum  
tomo IV

© Breviario Digitale  
2014

SUMMARIUM

DE TEMPORE

SOLLEMNITATES

ORDINARIUM

PSALTERIUM

COMPLETORIUM

REDITUM

COMPLEMENTARIS

SANCTIS

COMMUNIA

DEFUNCTORUM

APPENDIX

INDICES

Liturgia Horarum  
tomo IV

© Breviario Digitale  
2014

Tu solus ante sácula  
spes atque centrum téporum;  
tibi voléntes súbdimur,  
qui iure cunctis ímperas.

Tu flos pudícæ Vírginis,  
nostræ caput propáginis,  
lapis caducus vértice  
ac mole terras óccupans.

Diro tyránno súbdita,  
damnáta stirps mortálium  
per te refrégit víncula  
sibíque cælum víndicat.

Doctor, sacérdos, légifer,  
præfers notátum sanguine  
in veste « Princeps prícipum  
regúmque rex altíssimus ».

Patri, tibi, Paráclito  
sit, Christe, perpes glória,  
qui nos redémptos sanguine  
ad regna cæli pértrahis. Amen.

**Ant. 1** Ecce vir Oriens nomen eius; sedébit et  
dominábitur et loquétur pacem géntibus.

**Psalmi et canticum de dominica hebd. I, 549.**

**Ant. 2** Magnificábitur usque ad términos terræ, et  
erit iste pax.

**Ant. 3** Dedit ei Dóminus potestátem et honórem et  
regnum; et omnes pópuli, tribus et linguæ ipsi sér-  
vient.

LECTIO BREVIS

Eph 4, 15-16

Veritátem faciéntes in caritáte crescámus in illum  
per ómnia, qui est caput Christus, ex quo totum corpus  
compáctum et conéxum per omnem iunctúram submi-  
nistratiónis secúndum operatiónen in mensúra unius-  
cuiúsque partis augmémentum córporis facit in ædifica-  
tiónen sui in caritáte.

## RESPONSORIUM BREVE

R. Sancti tui, Dómine, \* Glóriam regni tui dicant.  
Sancti.

V. Et poténtiam tuam loquántur. \* Glóriam regni tui  
dicant. Glória Patri. Sancti.

**Ad Benedictus, ant.** Fecit nos Deo et Patri suo  
regnum, primogénitus mortuorum et princeps regum  
terræ, allelúia.

## PRECES

Fratres, Christum regem, qui est ante ómnia et in quo  
ómnia constant, orémus clamántes:

*Advéniat regnum tuum, Dómine.*

Christe salvátor, tu qui es Dóminus Deus noster, rex et  
pastor noster,

— duc pópulum tuum in páscua vitæ.

Pastor bone, qui ánimam tuam posuísti pro óvibus  
tuis,

— rege nos, et nihil nobis déerit.

Redémptor noster, qui constitútus es rex super omnem  
terram,

— fac ut ómnia in te instauréntur.

Rex universórum, qui venísti in mundum, ut testimó-  
nium perhíbeas veritáti,

— agnóscant omnes primátum tuum in ómnibus.

Exémplar et magíster noster, qui in regnum tuum nos  
transtulísti,

— tríbue ut sanctos, immaculátos et irreprehensíbiles  
coram te nos hódie exhibeámus.

Pater noster.

## Oratio

Omnípotens sempitérne Deus, qui in dilécto Fílio  
tuo, universórum rege, ómnia instauráre voluísti,  
concéde propítius, ut tota creatúra, a servitúte liberáta,  
tuæ maiestáti desérviat ac te sine fine colláudet. Per  
Dóminum.

Sollemnitates

D. N. Iesu Christi  
universorum regis

Ad Laudes matutinas

pag. 482

SUMMARIUM

DE TEMPORE

SOLLEMNITATES

ORDINARIUM

PSALTERIUM

COMPLETORIUM

REDITUM

COMPLEMENTARIS

SANCTIS

COMMUNIA

DEFUNCTORUM

APPENDIX

INDICES

Liturgia Horarum  
tomo IV

© Breviario Digitale  
2014

## Ad Horam medium

Psalmi de dominica hebd. I, 553.

### Ad Tertiam

**Ant.** Dóminus iudex noster, Dóminus légifer noster,  
Dóminus rex noster; ipse salvábit nos.

LECTIO BREVIS

Cf. Col 1, 12-13

Grátias ágimus Patri, qui idóneos nos fecit in par-  
tem sortis sanctórum in lúmine; qui erípuit nos de  
potestáte tenebrárum et tránstulit in regnum Fílii  
dilectionis suæ.

**X.** Sedébit Dóminus rex in æténum.

**R.** Dóminus benedícet pópulo suo in pace.

### Ad Sextam

**Ant.** Exíbunt aquæ vivæ de Ierúsalem, et erit Dómi-  
nus rex super omnem terram.

LECTIO BREVIS

Col 1, 16b-18

Omnia per ipsum et in ipsum créata sunt, et ipse  
est ante ómnia, et ómnia in ipso constant. Et ipse est  
caput córporis ecclésiæ; qui est princípium, primogé-  
nitus ex mórtuis, ut sit in ómnibus ipse primátum  
tenens.

**X.** Psállite regi nostro, psállite.

**R.** Quóniam rex omnis terræ.

### Ad Nonam

**Ant.** Multiplicábitur eius impérium, et pacis non  
erit finis.

LECTIO BREVIS

Col 1, 19-20

In ipso complácuit omnem plenitúdinem habitáre  
et per eum reconciliáre ómnia in ipsum, pacíficans per

Sollemnitates  
D. N. Iesu Christi  
universorum regis  
Ad Horam medium  
pag. 483

SUMMARIUM

DE TEMPORE

SOLLEMNITATES

ORDINARIUM

PSALTERIUM

COMPLETORIUM

REDITUM

COMPLEMENTARIS

SANCTIS

COMMUNIA

DEFUNCTORUM

APPENDIX

INDICES

Liturgia Horarum  
tomo IV

© Breviario Digitale  
2014

sanguinem crucis eius, sive quæ in terris sive quæ in cælis sunt.

**V.** Iubiláte in conspéctu regis Dómini.

**R.** Quóniam venit iudicáre terram.

Oratio, ut ad Laudes matutinas.

Sollemnitates  
D. N. Iesu Christi  
universorum regis  
Ad II Vespertas  
pag. 484

SUMMARIUM

DE TEMPORE

SOLLEMNITATES

ORDINARIUM

PSALTERIUM

COMPLETORIUM

REDITUM

COMPLEMENTARIS

SANCTIS

COMMUNIA

DEFUNCTORUM

APPENDIX

INDICES

Liturgia Horarum  
tomo IV

© Breviario Digitale  
2014

## Ad II Vespertas

HMNUS Te sæculórum, **ut ad I Vespertas**, 470.

PSALMODIA

**Ant.** 1 Super sólum David et super regnum eius sedébit in ætérnum, allelúia.

### Psalmus 109 (110), 1-5. 7

<sup>1</sup> Dixit Dóminus Dómino meo: \*

« Sede a dextris meis,  
donec ponam inimícos tuos \*  
scabéllum pedum tuórum ».

<sup>2</sup> Virgam poténtiæ tuæ emítet Dóminus ex Sion: \*  
domináre in médio inimicórum tuórum.

<sup>3</sup> Tecum principátus in die virtútis tuæ, †  
in splendóribus sanctis, \*  
ex útero ante lucíferum génuí te.

<sup>4</sup> Iurávit Dóminus et non pænitébit eum: \*

« Tu es sacérdos in ætérnum  
secúndum órdinem Melchísedech ».

<sup>5</sup> Dóminus a dextris tuis, \*  
conquassábit in die iræ suæ reges.

<sup>7</sup> De torrénte in via bibet, \*  
proptérea exaltábit caput.

**Ant.** Super sólum David et super regnum eius sedébit in ætérnum, allelúia.

**Ant. 2** Regnum tuum, regnum ómnium sæculórum,  
et dominátio tua in omnem generatióñem et generatióñem.

## Psalmus 144 (145), 1-13

- <sup>1</sup> Exaltábo te, Deus meus, rex, †  
et benedícām nōmini tuo \*  
in sāculum et in sāculum sāculi.
- <sup>2</sup> Per síngulos dies benedícām tibi †  
et laudábo nomen tuum \*  
in sāculum et in sāculum sāculi.
- <sup>3</sup> Magnus Dóminus et laudábilis nimis, \*  
et magnitúdinis eius non est investigátio.
- <sup>4</sup> Generátiō generatiōni laudábit ópera tua, \*  
et poténtiam tuam pronuntiábunt.
- <sup>5</sup> Magnificéntiam glóriæ maiestátis tuæ loquéntur \*  
et mirabília tua enarrábunt.
- <sup>6</sup> Et virtútem terribílium tuórum dicent \*  
et magnitúdinem tuam narrábunt.
- <sup>7</sup> Memóriam abundántiæ suavitátis tuæ eructábunt \*  
et iustítia tua exsultábunt.
- <sup>8</sup> Miserátor et miséricors Dóminus, \*  
longánimis et multæ misericórdiæ.
- <sup>9</sup> Suávis Dóminus univérsis, \*  
et miseratiónes eius super ómnia ópera eius.
- <sup>10</sup> Confiteántur tibi, Dómine, ómnia ópera tua; \*  
et sancti tui benedícant tibi.
- <sup>11</sup> Glóriam regni tui dicant \*  
et poténtiam tuam loquántur,
- <sup>12</sup> ut notas fáciant fíliis hóminum poténtias tuas \*  
et glóriam magnificéntiæ regni tui.
- <sup>13</sup> Regnum tuum regnum ómnium sāculórum, \*  
et dominátio tua  
in omnem generatióñem et generatióñem.

**Ant.** Regnum tuum, regnum ómnium sāculórum,  
et dominátio tua in omnem generatióñem et generatióñem.

**Ant. 3** Habet in vestiménto et in fémore suo scrip-  
tum: Rex regum et Dóminus dominántium. Ipsi glória  
et impérium in sácula sāculórum.

Sollemnitates  
D. N. Iesu Christi  
universorum regis  
Ad II Vesperas  
pag. 485

SUMMARIUM

DE TEMPORE

SOLLEMNITATES

ORDINARIUM

PSALTERIUM

COMPLETORIUM

REDITUM

COMPLEMENTARIS

SANCTIS

COMMUNIA

DEFUNCTORUM

APPENDIX

INDICES

Liturgia Horarum  
tomo IV

© Breviario Digitale  
2014

Sequens canticum dicitur cum Allelúia, prouti hic notatur, quando cum cantu profertur; in recitatione vero sufficit ut Allelúia dicatur in initio et fine uniuscuiusque strophæ.

Sollemnitates  
D. N. Iesu Christi  
universorum regis  
Ad II Vespertas  
pag. 486

Canticum Cf. Apc 19, 1-2. 5-7

SUMMARIUM

Allelúia.

<sup>1</sup> Salus et gloria et virtus Deo nostro, \*  
(R. Allelúia.)

<sup>2</sup> quia vera et iusta iudícia eius.  
R. Allelúia (allelúia).

DE TEMPORE

Allelúia.

<sup>5</sup> Laudem dícite Deo nostro, omnes servi eius \*  
(R. Allelúia.)

et, qui timétis eum, pusílli et magni!  
R. Allelúia (allelúia).

SOLLEMNITATES

ORDINARIUM

PSALTERIUM

Allelúia.

<sup>6</sup> Quóniam regnávit Dóminus,  
Deus noster omnípotens. \*  
(R. Allelúia.)

<sup>7</sup> Gaudeámus et exsultémus et demus glóriam ei.  
R. Allelúia (allelúia).

Allelúia.

Quia venérunt núptiæ Agni, \*  
(R. Allelúia.)  
et uxor eius præparávit se.  
R. Allelúia (allelúia).

COMPLETORIUM

REDITUM

COMPLEMENTARIS

SANCTIS

COMMUNIA

DEFUNCTORUM

APPENDIX

INDICES

LECTIO BREVIS

1 Cor 15, 25-28

Opórtet Christum regnáre, donec ponat omnes inimícos sub pédibus eius. Novíssima autem inimíca destruétur mors; ómnia enim subiécit sub pédibus

Liturgia Horarum  
tomo IV

© Breviario Digitale  
2014

ei⁹. Cum autem dicat: « Omnia subiecta sunt », sine dúbio præter eum, qui subiécit ei ómnia. Cum autem subiecta fúerint illi ómnia, tunc ipse Fílius subiectus erit illi, qui sibi subiécit ómnia, ut sit Deus ómnia in ómnibus.

Sollemnitates  
D. N. Iesu Christi  
universorum regis  
Ad II Vesperas  
pag. 487

## RESPONSORIUM BREVE

R. Sedes tua, Deus, \* In sǽculum sǽculi. Sedes.

X. Scep̄trum æquitatis, scep̄trum regni tui. \* In sǽculum sǽculi. Glória Patri. Sedes.

**Ad Magnificat, ant.** Data est mihi omnis potéſtas in cælo et in terra, dicit Dóminus.

## PRECES

Fratres, Christum regem, qui est ante ómnia et in quo ómnia constant, orémus clamántes:

*Advéniat regnum tuum, Dómine.*

Christe, rex et pastor noster, cóngrega oves tuas de cunctis terris,

— et pasce eas in páscuis tuis viréntibus et ubérrimis.

Dux noster et salvátor, ædifica omnes in pópulum tuum: sana infírmos, requíre depérditos, fortes custódi,

— longínquos révoca, dispérsos cóngrega, diffidéntes érige.

Iudex aetérne, cum tradíderis regnum tuum Deo Patri, pone nos a dextris tuis

— et fac ut possideámus regnum parátum nobis a constitutióne mundi.

Princeps pacis, díssipa arcus belli

— et lóquere pacem tuam géntibus.

Heres ómniū géntium, cóngrega humanitátem cum ómnibus bonis eius in regnum Ecclésiæ tuæ, quod Pater dedit tibi,

— ut te caput in unitáte Spíritus Sancti omnes agnóscant.

SUMMARIUM

DE TEMPORE

SOLLEMNITATES

ORDINARIUM

PSALTERIUM

COMPLETORIUM

REDITUM

COMPLEMENTARIS

SANCTIS

COMMUNIA

DEFUNCTORUM

APPENDIX

INDICES

Liturgia Horarum  
tomo IV

© Breviario Digitale  
2014

Christe, primogénite ex mórtuis et primítiae dormiéntium,  
— admítte defúnctos in glóriam resurrectiónis tuæ.  
*(Adveniat regnum tuum, Dómine.)*

Pater noster.

Sollemnitates  
D. N. Iesu Christi  
universorum regis  
Ad II Vesperas  
pag. 488

SUMMARIUM

DE TEMPORE

SOLLEMNITATES

ORDINARIUM

PSALTERIUM

COMPLETORIUM

REDITUM

COMPLEMENTARIS

SANCTIS

COMMUNIA

DEFUNCTORUM

APPENDIX

INDICES

Liturgia Horarum  
tomo IV

© Breviario Digitale  
2014

## Oratio

Omnípotens sempitérne Deus, qui in dilécto Fílio tuo, universórum rege, ómnia instauráre voluísti, concéde propítius, ut tota creatúra, a servitúte liberáta, tuæ maiestáti desérviat ac te sine fine colláudet. Per Dóminum.

Tempus per annum  
Hebd XXXIV  
Dom XXXIV  
Ad Off Lectionis  
pag. 489

## HEBDOMADA XXXIV PER ANNUM

Hebd. II Psalterii

Locum dominicæ XXXIV per annum tenet sollemnitas  
Domini nostri Iesu Christi universorum regis, 470.

In fériis sumi possunt hymni sequentes:

### Ad Officium lectionis

#### HYMNUS

Dies iræ, dies illa  
solvet sæclum in favilla,  
teste David cum Sibylla.

Quantus tremor est futurus,  
quando iudex est venturus  
cuncta stricte discussurus!

Tuba mirum spargens sonum  
per sepúlcra régionum,  
coget omnes ante thronum.

Mors stupébit et natúra,  
cum resúrget creatúra  
iudicánti responsúra.

Liber scriptus proferétur,  
in quo totum continétur  
unde mundus iudicétur.

Iudex ergo cum sedébit,  
quicquid latet apparébit;  
nil inúltum remanébit.

O tu, Deus maiestatis,  
alme candor Trinitatis,  
nos coniúnge cum beátis. Amen.

SUMMARIUM

DE TEMPORE

SOLLEMNITATES

ORDINARIUM

PSALTERIUM

COMPLETORIUM

REDITUM

COMPLEMENTARIS

SANCTIS

COMMUNIA

DEFUNCTORUM

APPENDIX

INDICES

Liturgia Horarum  
tomo IV

© Breviario Digitale  
2014

# Ad Laudes matutinas

## HYMNUS

Quid sum miser tunc dicturus,  
quem patrónum rogatúrus,  
cum vix iustus sit secúrus?

Rex treméndæ maiestátis,  
qui salvándos salvas gratis,  
salva me, fons pietátis.

Recordáre, Iesu pie,  
quod sum causa tuæ viæ,  
ne me perdas illa die.

Quærens me sedísti lassus,  
redemísti crucem passus;  
tantus labor non sit cassus.

Iuste iudex ultiónis,  
donum fac remissiónis  
ante diem ratiónis.

Ingemísco tamquam reus,  
culpa rubet vultus meus;  
supplicánti parce, Deus.

O tu, Deus maiestátis,  
alme candor Trinitátis,  
nos coniúnge cum beátis. Amen.

## Ad Vespertas

## HYMNUS

Peccatrícem qui solvísti  
et latróнем exaudísti,  
mihi quoque spem dedísti.

Preces meæ non sunt dignæ,  
sed tu, bonus, fac benígne  
ne perénni cremer igne.

Inter oves locum præsta  
et ab hædis me sequéstra,  
státuens in parte dextra.

Tempus per annum  
Hebd XXXIV  
Dom XXXIV  
Ad Laudes matutinas  
pag. 490

SUMMARIUM

DE TEMPORE

SOLLEMNITATES

ORDINARIUM

PSALTERIUM

COMPLETORIUM

REDITUM

COMPLEMENTARIS

SANCTIS

COMMUNIA

DEFUNCTORUM

APPENDIX

INDICES

Liturgia Horarum  
tomo IV

© Breviario Digitale  
2014

SUMMARIUM

DE TEMPORE

SOLLEMNITATES

ORDINARIUM

PSALTERIUM

COMPLETORIUM

## FERIA SECUNDA

### Ad Officium lectionis

Ad libitum dici potest hymnus Dies iræ, 489.

#### LECTIO PRIOR

Incipit Epístula secúnda beáti Petri apóstoli 1, 1-11

#### *Hortatio de via salutis*

<sup>1</sup> Simon Petrus servus et apóstolus Iesu Christi his, qui coæquálem nobis sortíti sunt fidem in iustitia Dei nostri et salvatóris Iesu Christi: <sup>2</sup> grátia vobis et pax multiplicétur in cognitióne Dei et Iesu Dómini nostri.

<sup>3</sup> Quómodo ómnia nobis divínæ virtútis suæ ad vitam et pietátem donátæ per cognitióne eius, qui vocávit nos própria glória et virtúte, <sup>4</sup> per quæ pretiósas et máximas nobis promíssa donáta sunt, ut per hæc efficiámini divínæ consórtes natúræ, fugiéntes eam, quæ in mundo est in concupiscéntia, corruptiónem; <sup>5</sup> et propter hoc ipsum curam omnem sub inferéntes mini-

REDITUM

COMPLEMENTARIS

SANCTIS

COMMUNIA

DEFUNCTORUM

APPENDIX

INDICES

Liturgia Horarum  
tomo IV

© Breviario Digitale  
2014

stráte in fide vestra virtútem, in virtúte autem sciéntiam, <sup>6</sup> in sciéntia autem continéntiam, in continéntia autem patiéntiam, in patiéntia autem pietátem, <sup>7</sup> in pietáte autem amórem fraternitátis, in amóre autem fraternitátis caritátem. <sup>8</sup> Hæc enim vobis, cum adsint et abúndent, non vácuos nec sine fructu vos constítuunt in Dómini nostri Iesu Christi cognitióne; <sup>9</sup> cui enim non præsto sunt hæc, cæcus est et nihil procul cernens, oblivióne accípiens purgatióne véterum suórum delictórum. <sup>10</sup> Quapropter, fratres, magis satágite, ut firmam vestram vocatióne et electiónem faciátis. Hæc enim faciéntes non offendétis aliquándo; <sup>11</sup> sic enim abundánter ministrábitur vobis intróitus in æténum regnum Dómini nostri et salvatóris Iesu Christi.

## RESPONSORIUM

Cf. 2 Pe 1, 3b. 4; Gal 3, 27

R. Vocávit vos Dóminus própria glória et virtúte, máxima et pretiosa vobis promíssa donávit, \* Ut efficiámini divinæ consórtes natúræ.

X. Quicúmque in Christo baptizáti estis, Christum induístis. \* Ut efficiámini.

## LECTIO ALTERA

Ex Sermónibus sancti Leónis Magni papæ

(Serm. 92, l. 2. 3: PL 54, 454-455)

*Quale cuiusque opus, talis est quæstus*

Dicit Dóminus: *Nisi abundáverit iustítia vestra plus quam scribárum et pharisæórum, non intrábitis in regnum cœlórum.* Ouómodo vero abundábit iustítia, nisi superexáltet misericórdia iudícium? Et quid tam æquum quidque tam dignum est quam ut creatúra ad imáginem et similitúdinem Dei cóndita, suum imitétur auctórem, qui reparatióne sanctificationémque credéntium in peccatórum remissióne constítuit, ut remóta severitáte vindictæ, omníque cessánte supplí-

Tempus per annum  
Hebd XXXIV  
Feria II  
Ad Off Lectionis  
pag. 492

SUMMARIUM

DE TEMPORE

SOLLEMNITATES

ORDINARIUM

PSALTERIUM

COMPLETORIUM

REDITUM

COMPLEMENTARIS

SANCTIS

COMMUNIA

DEFUNCTORUM

APPENDIX

INDICES

Liturgia Horarum  
tomo IV

© Breviario Digitale  
2014

cio, reus innocéntiæ redderétur, et finis críminum fíeret orígo virtútum?

In hoc potest super scribas et pharisáeos christiána abundáre iustítia, non evacuándo legem, sed intellegéntiam refutándo carnálem. Unde et Dóminus iejunándi formam discípulis tradens: *Cum iejunátis, inquit, nolíte fieri sicut hypócritæ tristes. Extérminant enim fácies suas, ut appáreant homínibus iejunántes. Amen dico vobis, recepérunt mercédem suam.* Quam mercédem, nisi laudis humánæ? propter cuius cupiditátem, iustitiæ spécies plerúmque præténditur, et ubi nulla est cura consciéntiæ, amátur fálsitas famæ; ut iníquitas, quæ occultatióne argúitur, mendácií opinióne lætétur.

Diligénti Deum súfficit ei placére quem díligit; quia nulla maior expeténda est remunerátió, quam ipsa diléctio; sic enim cáritas ex Deo est, ut Deus ipse sit cáritas. Quo útique pius et castus ánimus ita gaudet impléri, ut nulla re extra ipsum cúpiat delectári. Veríssimum namque est quod dicit Dóminus: *Ubi est thesáurus tuus, ibi erit et cor tuum.* Quis autem est thesáurus hóminis, nisi quædam frúctuum eius congregátio laborúmque colléctio? *Quod enim quis semináverit, hoc et metet,* et quale cuiúsque opus, talis est et quæstus; et ubi oblectátio fruéndi constitúitur, ibi cura cordis obstríngitur. Sed cum multa sint génera divitiárum dissimilésque matériæ gaudiórum, thesáurus cuíque est suæ cupiditátis afféctus, qui si de appetítu est terrenórum, non beátos facit sui participatióne, sed míseros.

Hi vero qui ea quæ sursum sunt sápiunt, non quæ super terram, nec peritúris inténti sunt, sed aetérnis, in illo habent incorruptíbiles recónditas facultátes, de quo dicit Prophéta: *Thesáurus et salus nostra advénit, sapiéntia et disciplína et píetas a Dómino: hi sunt thesáuri iustitiæ,* per quos, auxiliánte Dei grátia, étiam terréna bona in cælestia transferúntur, dum multi divítiis, aut iuste sibi relíctis aut áliter acquisítis, ad instruméntum pietá-

Tempus per annum

Hebd XXXIV

Feria II

Ad Off Lectionis

pag. 493

SUMMARIUM

DE TEMPORE

SOLLEMNITATES

ORDINARIUM

PSALTERIUM

COMPLETORIUM

REDITUM

COMPLEMENTARIS

SANCTIS

COMMUNIA

DEFUNCTORUM

APPENDIX

INDICES

Liturgia Horarum  
tomo IV

© Breviario Digitale  
2014

tis utúntur. Cumque ad sustentatióne páuperum, quæ possunt exuberáre distríbuunt, cóngregant sibi inamissíbiles facultátes; ut quod abdidérunt eleemósynis, nullis possit subiacére dispéndiis; et digne ibi hábeant cor, ubi habent thesáurum suum; quia tales divítias suas beatíssimum est exercére ut crescant, et non timére ne péreant.

## RESPONSORIUM

Gal 6, 9-10a. 7b

R. Bonum faciéntes infatigábiles, témpore enim suo metémus non deficiéntes. \* Ergo dum tempus habémus, operémur bonum.

X. Quæ enim semináverit homo, hæc et metet.

\* Ergo.

## Oratio

Excita, quæsumus, Dómine, tuórum fidélium voluntátes, ut, divíni óperis fructum propénsius exsequéntes, pietátis tuæ remédia maióra percípiant. Per Dóminum.

Ad libitum dici possunt: ad Laudes matutinas hymnus Quid sum miser, 490; ad Vespertas hymnus Peccatrícem qui, 490.

## FERIA TERTIA

### Ad Officium lectionis

Ad libitum dici potest hymnus Dies iræ, 489.

## LECTIO PRIOR

De Epístula secúnda beáti Petri apóstoli 1, 12-21

*Testimonium Apostolorum et prophetarum*

Caríssimi: <sup>12</sup> Incípiam vos semper commonére de his, et quidem sciéntes et confirmátos in præsénti veritáte. <sup>13</sup> Iustum autem árbitror, quámdiu sum in hoc tabernáculo, suscitáre vos in commonitióne,

Tempus per annum  
Hebd XXXIV  
Feria III  
Ad Off Lectionis  
pag. 494

## SUMMARIUM

## DE TEMPORE

## SOLLEMNITATES

## ORDINARIUM

## PSALTERIUM

## COMPLETORIUM

## REDITUM

## COMPLEMENTARIS

## SANCTIS

## COMMUNIA

## DEFUNCTORUM

## APPENDIX

## INDICES

Liturgia Horarum  
tomo IV

© Breviario Digitale  
2014

<sup>14</sup> certus quod velox est deposítio tabernáculi mei, secúndum quod et Dóminus noster Iesu Christus significávit mihi; <sup>15</sup> dabo autem óperam et frequénter habére vos post óbitum meum, ut horum memóriam faciátis.

<sup>16</sup> Non enim captiósas fábulas secúti notam fécimus vobis Dómini nostri Iesu Christi virtútem et advéntum, sed speculatóres facti illíus magnitúdinis. <sup>17</sup> Accípiens enim a Deo Patre honórem et glóriam, voce proláta ad eum huiuscémodi a magnífica glória: « Fílius meus, dilectus meus hic est, in quo ego mihi complácui »; <sup>18</sup> et hanc vocem nos audívimus de cælo prolátam, cum essémus cum ipso in monte sancto. <sup>19</sup> Et habémus firmiórem prophéticum sermónem, cui bene fácitis attendéntes quasi lucérnæ lucénti in caliginóso loco, donec dies illucéscat, et lúcifer oriátur in córdibus vestris, <sup>20</sup> hoc primum intellegéntes quod omnis prophetía Scriptúræ própria interpretatióne non fit; <sup>21</sup> non enim voluntáte humána proláta est prophetía aliquando, sed a Spíritu Sancto ducti locúti sunt a Deo hómines.

## RESPONSORIUM

Io 1, 14; 2 Pe 1, 16b. 18b

R. Verbum caro factum est et habitávit in nobis;  
\* Vídimus glóriam eius, glóriam quasi Unigéniti a Patre.

X. Speculatóres facti sumus illíus magnitúdinis, cum essémus cum ipso in monte sancto. \* Vídimus.

## LECTIO ALTERA

Ex Tractátibus sancti Augustíni epíscopi in Ioánnem  
(Tract. 35, 8-9: CCL 36, 321-323)

*Ad fontem venies, ipsam lucem videbis*

Nos ipsi Christiáni, in comparatióne quidem infidélium, lux iam sumus; unde dicit Apóstolus: *Fuístis enim aliquando ténebræ, nunc autem lux in Dómino; sicut filii lucis ambuláte.* Et álibi dixit: *Nox*

Tempus per annum  
Hebd XXXIV  
Feria III  
Ad Off Lectionis  
pag. 495

SUMMARIUM

DE TEMPORE

SOLLEMNITATES

ORDINARIUM

PSALTERIUM

COMPLETORIUM

REDITUM

COMPLEMENTARIS

SANCTIS

COMMUNIA

DEFUNCTORUM

APPENDIX

INDICES

Liturgia Horarum  
tomo IV

© Breviario Digitale  
2014

*præcessit, dies autem appropinquavit; abiciamus ergo opera tenebrarum et induamus nos arma lucis; sicut in die honeste ambulamus.*

Tamen quia in comparatione illius lucis ad quam venturi sumus, adhuc non est etiam dies in quo sumus, audi Petrum apóstolum. Delatam dicit Dómino Christo vocem de magnifica potestate; *Tu es Fílius meus diléctus, in quo bene sensi. Hanc vocem, inquit, nos de cælo audivimus delatam, cum essémus cum illo in monte sancto.* Sed quia nos non ibi fúimus et istam vocem de cælo tunc non audivimus, ait ad nos ipse Petrus: *Et habémus certiorem propheticum sermonem, cui bene facitis attendentes, sicut lucernæ in obscuro loco, donec dies lucescat, et lúcifer oriatur in cordibus vestris.*

Quando ergo Dóminus noster Jesus Christus vénerit, et, sicut dicit etiam apóstolus Paulus, *illumináverit occulta tenebrarum et manifestáverit cogitationes cordis, ut laus sit unicuique a Deo,* tunc præsente tali die lucernæ non erunt necessariæ: non legétur nobis prophéta, non aperiétur codex Apóstoli, non requiriémus testimónium Ioánnis, non ipso indigébimus Evangélio. Ergo omnes Scripturæ tolléntur de médio, quæ nobis in huius sæculi nocte tamquam lucernæ accendebántur, ne in ténebris remanerémus.

Istis ómnibus sublatis, ne quasi nobis luceant indigéntibus, et ipsis homínibus Dei, per quos hæc ministráta sunt, nobiscum lumen illud verum clarumque vidéntibus, remótis ergo his adiumentis, quid vidébimus? Unde pascétur mens nostra? unde obtutus ille lætabitur? unde erit illud gaudium *quod nec oculus vidit nec auris audivit nec in cor hóminis ascéndit?* quid vidébimus?

Obsecro vos, amáte mecum, currete credendo mecum; pátriam supérnam desiderémus, supérnæ pátriæ suspirémus, peregrinos nos esse hic sentiámus. Quid tunc vidébimus? Dicat nunc Evangélium: *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et*

Tempus per annum  
Hebd XXXIV  
Feria III  
Ad Off Lectionis  
pag. 496

SUMMARIUM

DE TEMPORE

SOLLEMNITATES

ORDINARIUM

PSALTERIUM

COMPLETORIUM

REDITUM

COMPLEMENTARIS

SANCTIS

COMMUNIA

DEFUNCTORUM

APPENDIX

INDICES

Liturgia Horarum  
tomo IV

© Breviario Digitale  
2014

*Deus erat Verbum. Unde tibi ros inspérsum est, ad fontem vénies; unde rádus per oblíqua et per anfractuósa tibi ad cor tenebrósum missus est, nudam ipsam lucem vidébis, cui vidéndæ ferendæque mundáris. Dilectíssimi, Ioánnes ipse dicit, filii Dei sumus, et nondum appáruit quid érimus; scimus quia cum apparúerit, símiles ei érimus, quóniam vidébimus eum sicuti est.*

Séntio vestros afféctus attólli mecum in supérna; sed *corpus quod corrúmpitur, ágravat ánimam; et déprimit terréna inhabitatio sensum multa cogitántem.* Depositúrus sum et ego códicem istum, discessúri estis et vos quisque ad sua. Bene nobis fuit in luce commúni, bene gavísi sumus, bene exsultávimus; sed cum ab ínvicem recédimus, ab illo non recedámus.

## RESPONSORIUM

Apc 22, 5. 4

R. Nox ultra non erit, et non egent lúmine lucérnæ neque lúmine solis, \* Quóniam Dóminus Deus illuminábit illos, et regnábunt in sácula sáculórum.

X. Vidébunt fáciem eius, et nomen eius in fróntibus eórum. \* Quóniam.

## Oratio

Excita, quásumus, Dómine, tuórum fidélium voluntátes, ut, divíni óperis fructum propénsius exsequéntes, pietátis tuæ remédia maióra percípiant. Per Dóminum.

Ad libitum dici possunt: ad Laudes matutinas hymnus Quid sum miser, 490; ad Vespertas hymnus Peccatrícem qui, 490.

Tempus per annum  
Hebd XXXIV  
Feria III  
Ad Off Lectionis  
pag. 497

## SUMMARIUM

## DE TEMPORE

## SOLLEMNITATES

## ORDINARIUM

## PSALTERIUM

## COMPLETORIUM

## REDITUM

## COMPLEMENTARIS

## SANCTIS

## COMMUNIA

## DEFUNCTORUM

## APPENDIX

## INDICES

Liturgia Horarum  
tomo IV

© Breviario Digitale  
2014

## FERIA QUARTA

## Ad Officium lectionis

Ad libitum dici potest hymnus Dies iræ, 489.

## LECTIO PRIOR

De Epístula secúnda beáti Petri apóstoli 2, 1-9

*Falsi doctores*

Caríssimi: <sup>1</sup> Fuérunt vero et pseudoprophétæ in pópulo, sicut et in vobis erunt magístri mendáces, qui introdúcent sectas perditiónis et eum, qui emit eos, Dominatórem negántes superdúcent sibi céle-rem perditiónem. <sup>2</sup> Et multi sequéntur eórum luxú-rias, propter quos via veritátis blasphemábuntur; <sup>3</sup> et in avarítia fictis verbis de vobis negotiabúntur. Quibus iudícium iam olim non cessat, et perdítio eórum non dormítat.

<sup>4</sup> Si enim Deus ángelis peccántibus non pepércit, sed rudéntibus inférni detráctos in tártarum trádidit in iudícium reservátos; <sup>5</sup> et origináli mundo non pepércit, sed octávum Noe iustítiæ præcónem custodívit dilú-vium mundo impiórum indúcens; <sup>6</sup> et civitátes Sódomæ et Gomórræ in cínerem rédigens eversióne damnávit, exémplum ponens eórum, quæ sunt ímpii futúra; <sup>7</sup> et iustum Lot oppréssum a nefandórum luxúria conver-satiónis éruit: <sup>8</sup> aspéctu enim et audítu iustus hábitans apud eos, de die in diem ánimam iustum iníquis opéribus cruciábat. <sup>9</sup> Novit Dóminus pios de tentatióne erípere, iníquos vero in diem iudícii puniéndos reserváre.

## RESPONSORIUM

Mt 7, 15; 24, 11. 24

R. Atténdite a falsis prophétis, qui véniunt ad vos in vestiméntis óvium, \* Intrínsecus autem sunt lupi rapáces.

X. Multi pseudoprophétæ surgent et dabunt signa et sedúcent multos. \* Intrínsecus.

## Ex Homilíis sancto Macário epíscopo attribútis

(Hom. 28: PG 34, 710-711)

*Væ animæ, si non habuerit Christum  
in se habitantem!*

Quemádmodum olim Deus infénsus Iudéis trádidit Ierúsalem in spectáculum hóstibus, et domináti sunt in eos qui óderant illos, nec erat ámplius ibi festum neque oblátio, sic étiam irátus ánimæ, propter transgressiónem mandáti, trádidit eam hostibus, qui cum sic seduxíssent eam, pénitus eam deformárunt.

Et quemádmodum domus, si cáreat dómino inhabítante, ténebras, probrum ac contuméliam índuit, sordibúsque ac stércore replétur; sic quoque ánima destitúta Dómino suo, cum ángelis in se tripudiánte, ténebris peccáti, turpitúdine affectiónum atque omni ignomínia replétur.

Væ viæ, si nemo in ea ámbulet, nec áudiat in ea vocem hóminis! quia receptáculum est bestiárum. Væ ánimæ, si non ámbulet in ea Dóminus, atque voce sua fuget ex ea spiritáles nequítiae béstias! Væ dómui, si non dóminus eam inhábitet! Væ terræ, si carúerit, qui exérceat eam, colóno! Væ navi, si destituátur gubernatóre, quóniam flúctibus et tempestáte maris iactáta perit! Væ ánimæ, cum verum gubernatórem Christum in se non habúerit! quóniam in acérbo tenebrárum mari degens et flúctibus affectiónum quassáta, atque a spirítibus nequam velut hiemáli tempestáte iactáta, tandem intéritum conséquitur.

Væ ánimæ, si carúerit, qui éxcolat illam diligénter, Christo, ut bonos fructus Spíritus prodúcere pos- sit! quia, cum sit desérta, spinis ac tríbulis plena, tandem exustiónem ignis pro fructu prodúcit ac conséquitur. Væ ánimæ, si non habúerit Dóminum suum

Tempus per annum  
Hebd XXXIV  
Feria IV  
Ad Off Lectionis  
pag. 499

SUMMARIUM

DE TEMPORE

SOLLEMNITATES

ORDINARIUM

PSALTERIUM

COMPLETORIUM

REDITUM

COMPLEMENTARIS

SANCTIS

COMMUNIA

DEFUNCTORUM

APPENDIX

INDICES

Liturgia Horarum  
tomo IV© Breviario Digitale  
2014

Christum in se habitántem! quia, cum sit desérta, ac fetóre affectiōnum scáteat, diversórium exsístit vitiórum.

Quemádmodum enim colónum, si accíngat se ad excoléndam terram, opórtet instruménta atque induménta ad cultúram accómmoda súmere; ita Christus, rex ille cælestis ac verus agrícola, véniens ad desolátam per vítium humanitátem, assúmpto córpo-re ac pro instruménto crucem portándo, excóluit ánimam desértam, et ex ea decérpsit spinas et tríbulos pravórum spirítuum, et lólia peccáti evúlsit, atque omne fenum peccatórum eius igni combússit; cum-que sic exercuísset illam ligno crucis, plantávit in ea pulchérrimum hortum Spíritus, omnis géneris suavíssimum et gratíssimum fructum Deo velut Dómino producéntem.

## RESPONSORIUM

Io 15, 1. 5a. 9a

R. Ego sum vitis vera, et vos pálmites; \* Qui manet in me, et ego in eo, hic fert fructum multum.

V. Sicut diléxit me Pater, et ego diléxi vos. \* Qui manet.

## Oratio

Excita, quæsumus, Dómine, tuórum fidélium voluntátes, ut, divíni óperis fructum propénsius exse-quéntes, pietátis tuæ remédia maióra percípiant. Per Dóminum.

Ad libitum dici possunt: ad Laudes matutinas hymnus Quid sum miser, 490; ad Vespertas hymnus Peccatrícem qui, 490.

Tempus per annum  
Hebd XXXIV  
Feria IV  
Ad Off Lectionis  
pag. 500

SUMMARIUM

DE TEMPORE

SOLLEMNITATES

ORDINARIUM

PSALTERIUM

COMPLETORIUM

REDITUM

COMPLEMENTARIS

SANCTIS

COMMUNIA

DEFUNCTORUM

APPENDIX

INDICES

Liturgia Horarum  
tomo IV

© Breviario Digitale  
2014

## FERIA QUINTA

## Ad Officium lectionis

Ad libitum dici potest hymnus, Dies iræ, 489.

## LECTIO PRIOR

De Epístula secúnda beáti Petri apóstoli 2, 9-22*Denuntiatio peccatorum*

Caríssimi: <sup>9</sup> Novit Dóminus pios de tentatióne erí-pere, iníquos vero in diem iudíci puniéndos reserváre, <sup>10</sup> máxime autem eos, qui post carnem in concupi-scéntia immundítiæ ámbulant dominationémque contémnunt.

Audáces, supérbi, glórias non métuunt blasphemántes, <sup>11</sup> ubi ángeli fortitúdine et virtúte cum sint maióres, non portant advérsum illas coram Dómino iudícium blasphémiæ. <sup>12</sup> Hi vero, velut irratio-nabília animália naturáliter génita in captióne et in corruptióne, in his, quæ ignórant, blasphemántes, in corruptióne sua et corrumpéntur <sup>13</sup> invíti percipién-tes mercédem iniustítiæ; voluptátem existimántes diéi delícias, coinquinatiónes et máculæ delíciis affluéntes, in voluptátibus suis luxuriántes vobíscum, <sup>14</sup> óculos habéntes plenos adúlteræ et incessábiles delícti, pelliciéntes áimas instábiles, cor exercitátum avarítia habéntes, maledictiónis filii; <sup>15</sup> derelinquéntes rectam viam erravérunt, secúti viam Bálaam ex Bosor, qui mercédem iniquitátis amávit, <sup>16</sup> correptió-nem vero hábuit suæ prævaricatiónis; subiugále mutum in hóminis voce loquens prohíbuit prophétæ insipiéntiam. <sup>17</sup> Hi sunt fontes sine aqua, et nébulæ túr-bine exagítatæ, quibus calígo tenebrárum reservátur. <sup>18</sup> Supérba enim vanitátis loquéntes pellíciunt in con-cupiscéntiis carnis luxúriis illos, qui páululum effú-giunt eos, qui in erróre conversántur, <sup>19</sup> libertátem illis

promitténtes, cum ipsi servi sint corruptiónis; a quo enim quis superátus est, huius servus est.

<sup>20</sup> Si enim refugiéntes coinquinatiónes mundi in cognitióne Dómini nostri et Salvatóris Iesu Christi his rursus implicáti superántur, facta sunt eis poste-rióra deterióra prióribus. <sup>21</sup> Mélius enim erat illis non cognóscere viam iustítiæ, quam post agnitióne retrórsum convérsti ab eo, quod illis tráditum est, sancto mandáto. <sup>22</sup> Cónsigit enim eis illud veri provérbii:

« *Canis revérsus ad suum vómitum* »,  
et « *Sus lota in volutábro luti* ».

## RESPONSORIUM

Philip 4, 8a. 9b; 1 Cor 16, 13

R. Quæcúmque sunt vera, quæcúmque pudíca,  
quæcúmque iusta, hæc cogitáte: \* Hæc ágite, et Deus  
pacis erit vobíscum.

Vigiláte, state in fide, viríliter ágite, confortámi-ni.  
\* Hæc.

## LECTIO ALTERA

Ex Homilíis sancti Ioánnis Chrysóstomi epíscopi  
in Mattháeum

(Hom. 33, 1. 2: PG 57, 389-390)

*Si oves, vincimus; si lupi, vincimur*

Quámdiu oves sumus, víncimus atque, etsi innúme-  
ris circúndati lupis, superámus; si vero lupi efficiá-  
mur, víncimur: pastóris quippe auxílio destitúimur.  
Non enim ille lupos, sed oves pascit; tunc autem te  
relínquit ac discédit, quia non sinis illum virtútem  
suam osténdere.

Quod autem dicit, huiúsmodi est: Ne turbémini,  
inquit, quod cum vos inter lupos mittam, ut oves  
et ut colúmbas esse iúbeam. Contrárium præstáre  
póteram, vosque mítttere nihil passúros mali, nec ut

Tempus per annum  
Hebd XXXIV  
Feria V  
Ad Off Lectionis  
pag. 502

SUMMARIUM

DE TEMPORE

SOLLEMNITATES

ORDINARIUM

PSALTERIUM

COMPLETORIUM

REDITUM

COMPLEMENTARIS

SANCTIS

COMMUNIA

DEFUNCTORUM

APPENDIX

INDICES

Liturgia Horarum  
tomo IV

© Breviario Digitale  
2014

oves lupis subícere, sed leónibus formidabilióres rédere; sed ita fíeri par est; hoc et vos splendidióres éfficit, et poténtiam meam prædicat. Hoc et Paulo dicébat: *Súfficit tibi grátia mea, nam virtus mea in infirmitáte perfícitur.* Ego ítaque sic vos constítui. Cum enim dicit: *Ego mitto vos sicut oves,* hoc subín dicat: Ne ítaque ánimo deficiátis: novi enim, novi útique vos sic ómnibus inexpugnábiles fore.

Deínde, ut quídpiam ipsi ex se proférrent, nec ómnia ex grátia proficísci videréntur neque sine causa coronári putaréntur, ait: *Estóte ergo prudéntes sicut serpéntes et símplices sicut colúmbæ.* Et quid prudéntia nostra possit, ínquiunt, in tot perículis? quómodo prudéntiam habére potérimus, tot agitáti flúctibus? Quantacúmque prudéntia sit prædita ovis, cum inter lupos sit, et tantum lupórum númerum, quid póterit perfícere? quantacúmque sit colúmbæ simplícitas, quid illi iuvábit, tot instántibus accipí tribus? In his certe irrationabílibus nihil, in vobis autem multum iuvábit.

Sed videámus quam hic prudéntiam éxigat. *Serpéntis*, inquit. Quemádmodum ille ómnia tradit, etiámsi corpus incídi opórteat, non ádmodum repúgnat, dum caput servétur; sic et tu, inquit, excépta fide, ómnia trade: pecúnias, corpus, immo ipsam ánimag. Fides enim caput est et radix; illáque serváta, etiámsi ómnia amíseris, ómnia póstea abundántius recuperábis. Ideo non símplicem tantum nec prudéntem solum esse præcépit, sed hæc ambo míscuit, ita ut hæc virtus vere sint; prudentiámque serpéntis assúmpsit, ut ne letália vúlnera accípias; simplicitátem vero colúmbæ, ut ne lædéntes te ulci scáris neve insidiántes per vindíctam amóveas; nihil enim prodest prudéntia, nisi hoc adsit.

Ne quis putet hæc præcépta impléri non posse. Præ ómnibus enim áliis ipse novit rerum natúram: novít feróciā non ferócia, sed moderatióne restín guí.

Tempus per annum  
Hebd XXXIV  
Feria V  
Ad Off Lectionis  
pag. 503

SUMMARIUM

DE TEMPORE

SOLLEMNITATES

ORDINARIUM

PSALTERIUM

COMPLETORIUM

REDITUM

COMPLEMENTARIS

SANCTIS

COMMUNIA

DEFUNCTORUM

APPENDIX

INDICES

Liturgia Horarum  
tomo IV

© Breviario Digitale  
2014

## RESPONSORIUM

Mt 10, 16; Io 12, 36a

R. Ecce ego mitto vos sicut oves in médio lupórum, dicit Dóminus; \* Estóte prudéntes sicut serpéntes et símplices sicut colúmbæ.

X. Dum lucem habétis, crédite in lucem, ut fílii lucis fiátis. \* Estóte.

## Oratio

Excita, quásumus, Dómine, tuórum fidélium voluntátes, ut, divíni óperis fructum propénsius exsequéntes, pietátis tuæ remédia maióra percípiant. Per Dóminum.

Ad libitum dici possunt: ad Laudes matutinas hymnus Quid sum miser, 490; ad Vesperas hymnus Peccatrícem qui, 490.

## FERIA SEXTA

### Ad Officium lectionis

Ad libitum dici potest hymnus Dies iræ, 489.

## LECTIO PRIOR

De Epístula secúnda beáti Petri apóstoli 3, 1-18

### *Hortatio de exspectatione adventus Domini*

<sup>1</sup> Hanc vobis, caríssimi, iam secúndam scribo epístulam, in quibus éxcito vestram in commonitióne sincéram mentem, <sup>2</sup> ut mémores sitis eórum, quæ prædícta sunt verbórum a sanctis prophétis, et ab apóstolis tráditi vobis præcépti Dómini et Salvatóris; <sup>3</sup> hoc primum sciéntes, quod vénient in novíssimis diébus in illusióne illudéntes, iuxta próprias concupiscéntias suas ambulántes, <sup>4</sup> dicéntes:

Tempus per annum  
Hebd XXXIV  
Feria VI  
Ad Off Lectionis  
pag. 504

## SUMMARIUM

## DE TEMPORE

## SOLLEMNITATES

## ORDINARIUM

## PSALTERIUM

## COMPLETORIUM

## REDITUM

## COMPLEMENTARIS

## SANCTIS

## COMMUNIA

## DEFUNCTORIUM

## APPENDIX

## INDICES

## Liturgia Horarum tomo IV

« Ubi est promissio advéntus eius? Ex quo enim patres dormiérunt, ómnia sic persevérant ab início creatúræ ». <sup>5</sup> Latet enim eos hoc voléntes, quod cæli erant prius, et terra de aqua et per aquam consístens Dei verbo, <sup>6</sup> per quæ ille tunc mundus aqua inundátus périit; <sup>7</sup> cæli autem, qui nunc sunt, et terra eódem verbo repósiti sunt igni, serváti in diem iudícii et perditiónis impiórum hóminum.

<sup>8</sup> Unum vero hoc non láteat vos, caríssimi, quia unus dies apud Dóminum sicut mille anni, et mille anni sicut dies unus. <sup>9</sup> Non tardat Dóminus promisióñem, sicut quidam tarditátem exístimant, sed patiénter agit in vos nolens áliquos períre, sed omnes ad pæniténtiam revérti. <sup>10</sup> Advéniet autem dies Dómini ut fur, in qua cæli magno ímpetu tránsient, eleménta vero calóre solvéntur, et terra et ópera, quæ in ea inveniéntur.

<sup>11</sup> Cum hæc ómnia ita dissolvénda sint, quales opórtet esse vos in sanctis conversatióñibus et pietáribus, <sup>12</sup> exspectántes et properántes advéntum diéi Dei, propter quam cæli ardéntes solvéntur, et eleménta ignis ardóre tabéscere! <sup>13</sup> Novos vero *cælos et terram novam* secúndum promíssum ipsíus exspectámus, in quibus iustítia hábitat.

<sup>14</sup> Propter quod, caríssimi, hæc exspectántes satágite immaculáti et invioláti ei inveníri in pace; <sup>15</sup> et Dómini nostri longanimitátem, salútem arbitrámini, sicut et caríssimus frater noster Paulus secúndum datam sibi sapiéntiam scripsit vobis, <sup>16</sup> sicut et in ómnibus epístulis loquens in eis de his; in quibus sunt quædam difficília intelléctu, quæ indócti et instábiles deprávant, sicut et céteras Scriptúras, ad suam ipsórum perditiónem.

<sup>17</sup> Vos ígitur, dilécti, præsciéntes custodíte, ne ini-  
quórum errore simul abdúcti excidátis a própria fir-  
mitáte; <sup>18</sup> créscite vero in grátia et in cognitióne  
Dómini nostri et Salvatóris Iesu Christi. Ipsi glória  
et nunc et in diem æternitátis. Amen.

Tempus per annum  
Hebd XXXIV  
Feria VI  
Ad Off Lectionis  
pag. 505

SUMMARIUM

DE TEMPORE

SOLLEMNITATES

ORDINARIUM

PSALTERIUM

COMPLETORIUM

REDITUM

COMPLEMENTARIS

SANCTIS

COMMUNIA

DEFUNCTORUM

APPENDIX

INDICES

Liturgia Horarum  
tomo IV

© Breviario Digitale  
2014

## RESPONSORIUM

Is 65, 17a. 18; Apc 21, 5a

R. Ecce ego creo cælos novos et terram novam; gaudébunt in sempitérnum in his, quæ ego creo: \* Ecce nova fácio ómnia.

V. Ego creo Ierúsalem exsultatióne et pôpulum eius gáudium. \* Ecce nova.

## LECTIO ALTERA

Ex Tractátu sancti Cypriáni epíscopi et mártiris  
De mortalitaté

(Cap. 18. 24. 26: CSEL 3, 308. 312-314)

*Pavore mortis excluso, immortalitatem cogitemus*

Meminísse debémus voluntátem nos non nostram sed Dei fácere debére secúndum quod nos Dóminus cotídie iussit oráre. Quam præpósterum est quamque pervérsu[m], ut cum Dei voluntátem fíeri postulémus, quando évocat nos et arcéssit de hoc mundo Deus, non statim voluntátis eius império pareámus! Obnítimur et reluctámur et pervicácium more servórum ad conspéctum Dómini cum tristítia et mæróre perdúcimur exeúntes istinc necessitatis vínculo, non obséquio voluntatis; et vólumus ab eo præmiis cælestibus honorári ad quem venímus invíti. Quid ergo orámus et pétimus ut advéniat regnum cælorum, si captívitas terréna deléctat? Quid précibus frequénter iterátis rogámus et póscimus ut accéleret dies regni, si maióra desidéria et vota potióra sunt servíre istic diábolo quam regnáre cum Christo?

Cum mundus óderit christiánū, quid amas eum, qui te odit, et non magis séqueris Christum, qui te et redémit et díligit? Ioánnes in epístula sua clamat et lóquitur et, ne carnália desidéria sectántes mun-dum diligámus, hortátur. *Nolíte, inquit, diligere mun-dum neque ea quæ in mundo sunt. Si quis diléxerit mundum, non est caritas Patris in illo; quia omne*

Tempus per annum  
Hebd XXXIV  
Feria VI  
Ad Off Lectionis  
pag. 506

SUMMARIUM

DE TEMPORE

SOLLEMNITATES

ORDINARIUM

PSALTERIUM

COMPLETORIUM

REDITUM

COMPLEMENTARIS

SANCTIS

COMMUNIA

DEFUNCTORUM

APPENDIX

INDICES

Liturgia Horarum  
tomo IV

© Breviario Digitale  
2014

*quod in mundo est, concupiscéntia carnis est et concupiscéntia oculórum et ámbito sáculi. Et mundus transíbit et concupiscéntia eius; qui autem fécerit voluntátem Dei, manet in æténum. Pótius, fratres dilectíssimi, mente íntegra, fide firma, virtúte robústa paráti ad omnem voluntátem Dei simus, pavóre mortis exclúso, immortalitátem quæ séquitur cogitémus. Hoc nos ostendámus esse quod crédimus.*

Considerándum est, fratres dilectíssimi, et idéntidem cogitándum renuntiásse nos mundo, et tamquam hóspites et peregrínos hic ínterim dégere. Amplexámur diem qui assígnat síngulos domicílio suo, qui nos istinc eréptos et láqueis sáculáribus exsolútos paradíso restítuit et regno. Quis non pégre constitútus próperet in pátriam régredi? Pátriam nos nostram paradísum computámus; magnus illic nos carórum númerus exspéctat, paréntum, fratrū, filiórū frequens nos et copiosa turba desíderat, iam de sua incolumitáte secúra, adhuc de nostra salúte sollícita. Ad horum conspécum et compléxum veníre quanta et illis et nobis in commúne lætítia est, qualis illic cælestium regnórum volúptas sine timóre moriéndi et cum æternitáte vivéndi quam summa et perpétua felicitas!

Illic Apostolórum gloriósus chorus, illic prophetárum exsultántium númerus, illic mártirum innumerabilis pópulus ob certáminis et passiónis glóriam et victóriam coronátus; triumphántes vírgines, quæ concupiscéntiam carnis et córporis continéntiæ róbore subegérunt; remuneráti misericórdes, qui aliméntis et largitióibus páuperum iustítiæ ópera fecérunt, qui domínica præcépta servántes ad cælestes thesáuros terréna patrimónia transtulérunt. Ad hos, fratres dilectíssimi, ávida cupiditáte properémus. Hanc cogitatiónein nostram Deus vídeat, hoc propósitum mentis et fídei Christus aspíciat, datírus eis caritátis suæ amplióra præmia quorum circa se fúerint desidéria maióra.

Tempus per annum  
Hebd XXXIV  
Feria VI  
Ad Off Lectionis  
pag. 507

SUMMARIUM

DE TEMPORE

SOLLEMNITATES

ORDINARIUM

PSALTERIUM

COMPLETORIUM

REDITUM

COMPLEMENTARIS

SANCTIS

COMMUNIA

DEFUNCTORUM

APPENDIX

INDICES

Liturgia Horarum  
tomo IV

© Breviario Digitale  
2014

## RESPONSORIUM

Philp 3, 20-21 a; Col 3, 4

R. Noster municipátus in cælis est, unde étiam salvatórem exspectámus Dóminum nostrum Iesum Christum, \* Qui transfigurábit corpus humilitatis nostræ confórme fieri cónpori gloriæ suæ.

X. Cum Christus apparúerit, vita vestra, tunc et vos apparébitis cum ipso in glória. \* Qui transfigurábit.

## Oratio

Excita, quæsumus, Dómine, tuorum fidélium voluntátes, ut, divíni óperis fructum propénsius exsequéntes, pietatis tuæ remédia maióra percípiant. Per Dóminum.

Ad libitum dici possunt: ad Laudes matutinas hymnus Quid sum miser, 490; ad Vesperas hymnus Peccatrícem qui, 490.

## SABBATO

### Ad Officium lectionis

Ad libitum dici potest hymnus Dies iræ, 489.

### LECTIO PRIOR

De Epístula beáti Iudæ apóstoli 1-8. 12-13. 17-25

### *Denuntiatio impiorum et hortatio ad fideles*

<sup>1</sup> Iudas Iesu Christi servus, frater autem Iacóbi, his qui sunt vocáti, in Deo Patre dilécti et Christo Iesu conserváti: <sup>2</sup> misericórdia vobis et pax et cáritas adimpleátur.

<sup>3</sup> Caríssimi, omnem sollicitúdinem fáciens scribéndi vobis de commúni nostra salúte, necésse hábui scríbere vobis, déprecans certáre pro semel trádita sanctis fide. <sup>4</sup> Subintroírunt enim quidam hómines, qui olim præscrípti sunt in hoc iudícium, ímpii, Dei nostri grátiam transferéntes in luxúriam,

Tempus per annum  
Hebd XXXIV  
Sabbato  
Ad Off Lectionis  
pag. 508

SUMMARIUM

DE TEMPORE

SOLLEMNITATES

ORDINARIUM

PSALTERIUM

COMPLETORIUM

REDITUM

COMPLEMENTARIS

SANCTIS

COMMUNIA

DEFUNCTORUM

APPENDIX

INDICES

Liturgia Horarum  
tomo IV

© Breviario Digitale  
2014

et solum Dominatórem et Dóminum nostrum Iesum Christum negántes.

<sup>5</sup> Commonére autem vos volo, sciéntes vos ómnia, quóniam Dóminus semel pópulum de terra Ægypti salvans, secúndo eos, qui non credidérunt, pérdidit; <sup>6</sup> ángelos vero, qui non servavérunt suum principátum, sed dereliquerunt suum domicílium, in iudícium magni diéi vínculis ætérnis sub calígine reservávit. <sup>7</sup> Sicut Sódoma et Gomórra et finítimæ civitátes, símili modo exfornicátæ et abeúntes post carnem álteram, factæ sunt exémplum, ignis ætérni pœnam sustinéntes.

<sup>8</sup> Simíliter vero et hi somniántes carnem quidem máculant, dominatióñem autem spernunt, glórias autem blasphémant.

<sup>12</sup> Hi sunt in ágapis vestris máculæ, convivántes sine timóre, semetípsos pascéntes; nubes sine aqua, quæ a ventis circumferúntur; árbores autumnáles infructuósæ bis mórtuæ, eradicátæ; <sup>13</sup> flúctus feri maris despumántes suas confusiónes; sídera errántia, quibus procélla tenebrárum in ætérnum serváta est.

<sup>17</sup> Vos autem, caríssimi, mémores estóte verbórum, quæ prædícta sunt ab apóstolis Dómini nostri Iesu Christi, <sup>18</sup> quóniam dicébant vobis: « In novíssimo témpore vénient illusóres, secúndum suas concupiscéntias ambulántes impiétatum ». <sup>19</sup> Hi sunt qui ségregant, animáles, Spíritum non habéntes.

<sup>20</sup> Vos autem, caríssimi, superaedificántes vosmetípsos sanctíssimæ vestræ fídei, in Spíritu Sancto orántes, <sup>21</sup> ipsos vos in dilectione Dei serváte, exspectántes misericórdiam Dómini nostri Iesu Christi in vitam ætérnam. Et his quidem miserémini disputántibus, <sup>23</sup> illos vero salváte de igne rapiéntes; áliis autem miserémini in timóre, odiéntes et eam, quæ carnális est, maculátam túnicam.

<sup>24</sup> Ei autem, qui potest vos conserváre sine peccáto et constitúere ante conspéctum gloriæ suæ

Tempus per annum  
Hebd XXXIV  
Sabbato  
Ad Off Lectionis  
pag. 509

SUMMARIUM

DE TEMPORE

SOLLEMNITATES

ORDINARIUM

PSALTERIUM

COMPLETORIUM

REDITUM

COMPLEMENTARIS

SANCTIS

COMMUNIA

DEFUNCTORUM

APPENDIX

INDICES

Liturgia Horarum  
tomo IV

© Breviario Digitale  
2014

immaculátos in exsultátiōne,<sup>25</sup> soli Deo salvatóri nostro per Iesum Christum Dóminum nostrum glória, magnificéntia, impérium et potéstas ante omne sáculum et nunc et in ómnia sácula. Amen.

## RESPONSORIUM

Tit 2, 12b-13; Heb 10, 24

R. Sóbrie et iuste et pie vivámus in hoc sáculo,  
\* Exspectántes beátam spem et advéntum glóriæ magni Dei et salvatóris nostri Iesu Christi.

V. Considerémus ínvicem in provocatióne caritatis et bonórum óperum. \* Exspectántes.

## LECTIO ALTERA

Ex Sermónibus sancti Augustíni epíscopi  
(Sermo 256, l. 2. 3: PL 38, 1191-1193)

*Cantemus Alleluia Deo bono, qui liberat nos a malo*

Hic cantémus Alleluia adhuc sollíciti, ut illic possímus aliquándo cantáre secúri. Quare hic sollíciti? Non vis ut sim sollícitus, quando lego: *Numquid non tentátiō est vita humána super terram?* Non vis ut sim sollícitus, quando mihi adhuc díci-tur: *Vigiláte et oráte, ne intrétis in tentatióne?* Non vis ut sim sollícitus, ubi sic abúndat tentátiō, ut nobis ipsa præscríbat orátiō, quando dícimus: *Dímítte nobis débita nostra, sicut et nos dimíttimus debitóribus nostris?* Cotídie petitóres, cotídie debitóres. Vis ut sim secúrus, ubi cotídie peto indulgén-tiam pro peccátis, adiutórium pro perículis? Cum enim díxero propter prætérita peccáta: *Dímítte nobis débita nostra, sicut et nos dimíttimus debitóribus nostris,* contínuo propter futúra perícula addo et adiúngo: *Ne nos íferas in tentatióne.* Quómo-do est autem pópulus in bono, quando mecum clamat: *Líbera nos a malo?* Et tamen, fratres, in isto adhuc malo cantémus Alleluia Deo bono, qui nos líberat a malo.

Tempus per annum  
Hebd XXXIV  
Sabbato  
Ad Off Lectionis  
pag. 510

SUMMARIUM

DE TEMPORE

SOLLEMNITATES

ORDINARIUM

PSALTERIUM

COMPLETORIUM

REDITUM

COMPLEMENTARIS

SANCTIS

COMMUNIA

DEFUNCTORUM

APPENDIX

INDICES

Liturgia Horarum  
tomo IV

© Breviario Digitale  
2014

Etiam hic inter pericula, inter tentationes, et ab aliis et a nobis cantetur Alleluia. *Fidélis enim Deus, qui non permittet, inquit, vos tentari supra id quod potestis.* Ergo et hic cantemus Alleluia. Adhuc est homo reus, sed fidélis est Deus. Non ait: Non permittet vos tentari; sed: *Non permittet vos tentari supra id quod potestis; sed faciet cum tentatione étiam exitum, ut possitis sustinere.* Intrasti in tentacionem; sed faciet Deus étiam exitum, ne pereas in tentacione; ut, quomodo vas fíguli, forméris prædicatióne, coquáris tribulatióne. Sed quando intras, exitum cógita; quia fidélis est Deus: *custódiet Dóminus intróitum tuum et exitum tuum.*

Porro autem, cum factum corpus hoc immortale et incorruptibile, quando perierit tota tentatio; quia *corpus quidem mórtuum est;* quare mórtuum est? *propter peccátum.* *Spíritus autem vita est;* quare? *propter iustitiam.* Remíttimus ergo mórtuum corpus? Non, sed audi: *Si autem Spíritus eius qui suscitávit Christum a mórtuis hábitat in vobis, qui suscitávit Christum a mórtuis vivificabit et mortália córpora vestra.* Modo enim corpus animále. tunc spiritále.

O felix illic Alleluia! o secúra! o sine adversário! ubi nemo erit inimicus, nemo perit amicus. Ibi laudes Deo, et hic laudes Deo; sed hic a sollícitis, ibi a secúris; hic a moritúris, ibi a semper victúris; hic in spe, ibi in re; hic in via, illic in pátria.

Modo ergo, fratres mei, cantemus, non ad delecatiónem quiétis, sed ad solácium labóris. Quómodo solent cantare viatóres: canta, sed ámbula; labórem consoláre cantando, pigrítiam noli amáre; canta et ámbula. Quid est, ámbula? Prófice, in bono prófice. Sunt enim, secúndum Apóstolum, quidam proficiéntes in peius. Tu, si próficiis, ámbulas; sed in bono prófice, in recta fide prófice, in bonis móribus prófice; canta et ámbula.

Tempus per annum  
Hebd XXXIV  
Sabbato  
Ad Off Lectionis  
pag. 511

SUMMARIUM

DE TEMPORE

SOLLEMNITATES

ORDINARIUM

PSALTERIUM

COMPLETORIUM

REDITUM

COMPLEMENTARIS

SANCTIS

COMMUNIA

DEFUNCTORUM

APPENDIX

INDICES

Liturgia Horarum  
tomo IV

© Breviario Digitale  
2014

**R.** Platéæ tuæ, Ierúsalem, sternéntur auro mundo,  
et cantábitur in te cáanticum lætítiæ; \* Et per omnes  
vicos tuos ab univérsis dicétur: Allelúia.

**V.** Luce spléndida fulgébis, et natiónes ex longínquo  
ad te vénient. \* Et per.

### Oratio

Excita, quásumus, Dómine, tuórum fidélium  
voluntátes, ut, divíni óperis fructum propénsius exse-  
quéntes, pietátis tuæ remédia maióra percípiant. Per  
Dóminum.

**Ad Laudes matutinas ad libitum dici potest hymnus**  
Quid sum miser, 490.

Tempus per annum  
Hebd XXXIV  
Sabbato  
Ad Off Lectionis  
pag. 512

SUMMARIUM

DE TEMPORE

SOLLEMNITATES

ORDINARIUM

PSALTERIUM

COMPLETORIUM

REDITUM

COMPLEMENTARIS

SANCTIS

COMMUNIA

DEFUNCTORUM

APPENDIX

INDICES

Liturgia Horarum  
tomo IV

© Breviario Digitale  
2014